



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

X. Quis in conscientia ratione reddenda nobis seruandus modus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40105**

alius ille, quare & antiquior & doctior, & prudentior, & cordatior est? Ita porro hoc cogitatu negotium isthuc complanatur, ut non modo ipsum reddat facilius, verum etiam efficiat, uti in non faciendo difficultatem sentiamus, dum & ceteros offensuri, & notam aliquam incurfuri videmur, si quod faciunt reliqui, ipsi soli facere negligamus. Quocirca omnes quotquot sumus, eniti debemus, ut salutaris hic usus & bona consuetudo longius se extendat, quo bono huius exemplo animeretur ille, ac deinde alii. Veteranorum imprimis & doctiorum est, hanc aliasque id genus res tum exemplo suo, tum sermone, colloquiis & conversationibus conservare & stabilire, nam uti per hanc multum aliis prodesse, ita etiam obesse & mali multum causare possunt. Reliqui quippe singula ipsorum opera verbaque; norant & intuentur, eaque magni faciunt; & sequuntur, quae ipsos aestimare & sequi conpiciunt. His addo, permultum vniuersiusque interesse rem hanc vsurpare & exercere; ita namque hanc illis facilis fiet: Si vero vsurpare negligat, paucis post diebus magnam in in eo difficultatem reperiet: Sicut & in aliis humilitatis & mortificationis exercitiis vsu venit, & in confessionis praecipuo fieri videmus, nimirum qui semel duntaxat per annum confitentur, iis ipsum perdifficile, qui autem saepius, facile & suauiter reddi.

*Ad inducendam sui manifestationem multum valet exemplum seniorum, & doctiorum virorum.*

*Superior in suorum delectis manifestatis non iudex, sed pater & magister est.*

Quarto, huc etiam non parum iuuat, quod norit homo, quod superiori vel rerum spiritualium praefecto dicitur, dum conscientiae status ratio redditur, id non tanquam iudici, sed velut patri dici, ut subditum consoletur, ei consilium det & remedium suggerat: Proinde non potest quis vllatenus ob id quod eo in foro deponit, castigari, etsi alioquin res ex se castigationem promereatur, uti nec ob ea quae in Sacramento confessionis depromuntur: quia fori hi distincti sunt ab aliis foris, nec quod de illis dicitur, his accommodari potest.

Quinto, hanc conscientiae claritatem

maximè faciliat, nec non superiora magis confirmat summum dictorum silentium (quod etiam ipsis in Constitutionibus nostris indicatur) ita ut superior vniuersa, quae dicuntur, nulli prorsus mortali sit reuelaturus, Adeo ut securus & tutus esse queas, id, quod ei, conscientiae rationem reddendo, dices, illius in corde clausum & obseruatum fore, ac nulli hominum aperiendum aut declarandum, nec vllum inde tibi damnum vel infamiam secururam. Hoc, praeterquam quod omne secretum natura sua ad peccatum & quidem mortale obligat, R. P. N. Generalis, Claudius Aquauia grauibus & seueris decretis confirmauit & stabiluit, nec non poenis & castigationibus statutis in eos, qui secus facerent, vsque; eò ut etiam ab officio illos suo deponi & in ordinem redigi velit; & non modò subditis hoc suum decretum innotescere & constare, verum etiam scire illos vult, quod superiores, cum in huius observantia & executione delinquent, certò poenas dabunt: sicuti ne homines à Confessione Sacramentali detererentur, etiam necesse fuit, sacerdotibus ad illius sigillum & secretum seruandum lege lata strictè obstringere, ita ne quis se à conscientiae ratione reddenda excusaret, visum est R. P. Nostrò, illius secretum tam operose & signanter inculcare, ut ne tanti momenti negotium aut refrigerat aut vilipendatur. Quia nescio, inquit, num bono Societatis regimini dari quid possit perniciosius, ut pote quae ad perfectionem suos magis per culturae internae, & directionis spiritualis viam, quam per alias quaslibet leges & poenitentias exteriores, conducere cupit. Vnde satis intelligent superiores, quantum Religioni ipsi sint damnum, harum rerum secretum infringendo, illaturi.

CAPVT. X.

*Quis in conscientiae ratione reddenda nobis seruandus modus.*

*Effunde*

Cap. 4. ex. am. 3. 35.

Facilis sui manifestatio ob secretum superioribus seruandum.

Instructio de paterni ueris decretis confirmauit & stabiluit, nec non poenis & castigationibus statutis in eos, qui secus facerent, vsque; eò ut etiam ab officio illos suo deponi & in ordinem redigi velit; & non modò subditis hoc suum decretum innotescere & constare, verum etiam scire illos vult, quod superiores, cum in huius observantia & executione delinquent, certò poenas dabunt: sicuti ne homines à Confessione Sacramentali detererentur, etiam necesse fuit, sacerdotibus ad illius sigillum & secretum seruandum lege lata strictè obstringere, ita ne quis se à conscientiae ratione reddenda excusaret, visum est R. P. Nostrò, illius secretum tam operose & signanter inculcare, ut ne tanti momenti negotium aut refrigerat aut vilipendatur.

Sui manifestatio praecipua secreti praesidium.

Ther...

Ratio scientiae candida redd...

Ratio scientiae in a redd info...

Reg. com. 140.



Therm. 2.  
9.

Ratio con-  
scientia  
candide  
reddenda.

Ratio con-  
scientia bis  
in anno  
reddenda  
in societate.

Reg. 4.  
communi-  
um.

**E**ffunde sicut aquam tortuum ante con-  
spectum Domini. Hac quam Ieremi-  
as Propheta adhibet, comparatione sa-  
tis declaratur quo cor nostrum modo  
aperiendum sit ei, qui Dei locum occu-  
pat. Cum ergo conscientia rationem  
reddimus, non secus ea redditio fieri de-  
bet, ac dum quis aquam è vase effundit.  
Siquidem dum oleum vel mel è vase  
effunditur, aliquid semper vasi ad-  
hærescit, dum vinum vel acerum,  
odor saltem in vase permanet. At dum  
aqua effunditur nihil penitus eius vasi  
adhæret, nullus eius superest odor, sa-  
por nullus, imo ne vestigium quidem &  
signum, è quo aliquando ibi aquam fu-  
isse colligas, perinde ac si nihil ei infu-  
isset, Hoc porro modo tuum te cor-  
ram superiore cor, cum conscientia  
rationem reddis, effundere & reucla-  
re oportet, nihil vt ei adhærescat, nul-  
lus in eo odor, nullus sapor, nullum  
deniq; vestigium superfit.

Quod vero tanti hæc res momenti,  
tamq; primarium atq; efficax sit ad  
spiritualem animarum nostrarum pro-  
fectum comparandum medium, ideo  
voluit S. P. Noster, vt præter illas con-  
scientia declarationes, quæ toto an-  
no fiunt, isthæc redditio peculiari quo-  
dam modo fiat singulis semestribus,  
quibus totius illius temporis quod in-  
terfluxit, ratio reddatur, eaq; semper  
ipsam votorum renouationem ante-  
cederet, sic semper id est in societate  
vsurpatum, & iam inde à quartæ con-  
gregationis generalis tempore in Re-  
gulas communes relatum. Ac sicuti  
vult, vt præter confessiones ordinarias,  
quæ sæpius in anno instituuntur, gene-  
ralis quædam tunc temporis de inter-  
medio semestri confessio fiat; Ita &  
decernit, vt præter redditionem con-  
scientia ordinariam, quæ frequenter  
instituitur, tunc temporis generalem  
quandam de toto tempore quod ab vl-  
tima intercurrit, rationem vnusquis-  
que reddat, vtpote qua nullum se pu-  
Rodriquez exercit. pars. 3.

tauit vniciq; ad interiorem spiritus re-  
nouationem faciendum, medium da-  
re posse melius & conuenientius; va-  
de & R. P. N. Generalis Claudius Aqua-  
uiua medii huius vsus, in instructio-  
ne visitatoribus data, singulari quo-  
dam modo commendans, ait: Si sicut  
oportet, à subditis conscientia ratio red-  
datur, atq; à superioribus accipiatur, ma-  
gnum procul dubio momentum habebit  
ad spiritus renouationem & augmentum  
virtutis & perfectionis in societate.

Quibus consonant & consentiunt illa  
S. Basilii verba: Debet vnusquisq; eo-  
rum qui inferiores sunt (si quidem memo-  
rabilem vllam facere progressionem stu-  
det, & ad perfectionem peruenire) nullum  
animi sui motum apud se ipsum retinere:  
Sicut in aqua lymphida lapilli & arenu-  
læ minutulæ in fundo iacentes appa-  
rent; ita subditus ita se liquido & trans-  
parenter suo se superiori declarare de-  
bet, vt is omnes animæ eius festucas  
& imperfectiones perspectas habeat:  
Hoc enim modo fiet, vt & quod laude di-  
gnum sit, in nobis confirmetur, & quod  
minus probandum, congruo remedio san-  
netur; atq; ex huiusmodi mutua exer-  
cendi inter nos consuetudine, per modi-  
cas accessiones ad perfectionem peruenie-  
tur.

Vt autem melius maioriq; cum fa-  
cilitate hoc facere possimus, insignem  
quandam in societate habemus instru-  
ctionem, circa quam hoc solum à lecto-  
re notari volo, ex duabus quas ea ha-  
bet partibus principalibus, primam,  
quæ eius proximum est vel caput, præ-  
cipuam esse, quod in ea vniversa Re-  
gula quadragesimæ summarii consti-  
tutionum (quæ de conscientia ratio-  
ne reddenda loquitur, & quo ipsa mo-  
do reddi oporteat declarat) substan-  
tia contineatur. Itaq; postquam cogi-  
tare vnumquemq; debere ostendit,  
quanti rem hanc B. P. in Constitutio-  
nibus faciat; ait: Quapropter vnus-  
quisq; magna sinceritate vel in confes-  
sione,

Reddita  
conscientia  
ratio ad spi-  
ritus reno-  
uationem  
& augmē-  
tum virtu-  
tis proficit.

In quest.  
fusus di-  
spuit. re-  
spons. 26.

Instructio  
& regula

Hh



de reddenda conscientia ratione.

sione, vel in secreto, prout ei magis placuerit, & prout maior eius consolatio fuerit, integrè & totaliter totam animam suam patefaciat, re nulla qua uniuersorum Dominum offenderit celata, ab ultima conscientia ratione quam dedit, incipiendo; aut eos saltem aperiat defectus, qui iam inde ab illo tempore, animam suam maximè aggrauant. Dico ergo in hoc præcipuum rei huius momentum versari, & cum qui quod in præmio hoc dicitur omitteret, bonum integramque conscientia suæ rationem neutiquam redditurum, & si alioqui secundum partem, quæ quatuordecim puncta particularia complectitur totam percurreret & obseruaret.

Et vero ut hoc liquidò clarescat, opus non erit per omnia reliqua puncta discurrere, sed duntaxat in vno de præcipuis exemplum ponere, sit id tertium, quo tentationem, passionum ac malarum inclinationum suarum rationem quis reddere iubetur. Hoc quippe vnum de præcipuis est, quorum homini est danda ratio.

De tentationibus molestis, passionibus, & malis inclinationibus præcipua ratio conscientia reddenda.

Quas nimirum tentationes habeat, an ea sibi sint molestæ & importunæ; quam iis facillè difficillè & quomodo resistat? Idem esto de passionibus & prauis motibus & propensionibus iudicium. Aliud præterea nihil in hac interrogatione dicitur, nec in tota secunda huius instructionis parte, quid amplius circa hoc additur: Rogo ergo, num futurum sit satis ut bonam & perspicuam quis conscientia suæ rationem apud Patrem suum spiritualem reddat, ita ut hic animæ illius statum quo ad hoc punctum exploratum habeat, omnes suas tentationes omnesque propensiones viciosas illi declarare? Equidem satis id esse nego, sed requiritur præterea ut lapsus, si qui in iis interuenerint, indicet: Aliud quippe est dicere; Inclinarus sum ad superbiam; aliud, Adeo in superbiam sunt

Manifestatio sui quomodo fieri debeat.

pronus, ut tale quid fecerim, vel facere voluerim, quo ab aliis magnè facerem, & æstimaret; vel ægerrimè tulli, hoc vel illud mihi demandari, & tali excusatione illud à me amoliri sum conatus, idoque id eo tantum, quia factis mihi ad illud faciendum virtutis non fuit, nec humilitatis; etsi alioquin facillè id facere potuissem. Aliud item est, dicere, Sum cholericus, & impatiens, aliud verò, Adeo sum impatiens & cholericus, ut extra limites me ira obriperit, & fecerim, vel dixerim, quod proximum offenderit. Aliud denique est, dicere, Inobstantibus pulcor inhonestis; aliud; Inobstantibus tentationibus ita ignaue me gessi, ut diutius iis sim immoratus, vel delectationem inde hauserim, &c. Certum namque est, aliud & diuersum iudicium formari de eo, qui in tentatione lapsus est, aliud de eo, qui ab illa quidem fuit impetitus, sed validè animo seque est reluctatus: Vnde etiam alia medicina, & cura adhibenda est illi, alia huic: Est perinde ac febris in forti valenti que subiecto, aut in alio debili & infirmo, quod nosse permultum medici interest, ut & ipsius febricitantis; aliter quippe febris in debilis, aliter in validæ complexionis ægro curanda est; Sic, tum medici spiritualis, tum tui permagni referet, ut ille tuum vel robur, vel infirmitatem explorantem habeat, quò norit, quò te modo curare, quodnam tibi adhibere remedium debeat. Satis proinde non est, tuas illè te tentationes & prauos habitus declarare, nisi simul & lapsus, si qui interuenerint, aperias. Hinc quippe liquet quanta tua sit in spiritu infirmitas, quanta potentia & fortitudo. Propterea prima post quadagesimam, Summarii Constitutionum Regula, quæ etiam de hac re loquitur, sic habet:

Medicina debet esse proportionata & exacta non peracta

Reg. 4. Summ. Integ. man. tio fa. da.

De. aia. tic. per. sum.

Nel.



Reg. 41. Nullum debent nosiri celare tentationem, summarii. quam superiori non aperiant, nisi nec defectus.

Integra sui manifestatio facienda.

Atqui hoc in Instructionis huius proæmio declaratur, in quo vnusquisque ita liquide vniuersum animum suum superiori manifestare signanter iubetur, nihil vt ipsum celet, in quo diuinam Maiestatem offenderit, aut eos saltem aperire defectus, qui animam eius maximè grauant, Quod ipsum in quatuordecim punctis quæ sequuntur, amplius non, vt oportet, exprimitur nec plusibus declaratur, Quare si quis hoc non obseruaret, is profecto tanti momenti negotium, & quod tanti in religione fieri solet, non nisi specie tenuis, in dè ne vix quidem exequi videretur. In genere omnibus hæc Doctrina prodesse potest, vt notius videlicet, quo Patribus suis spiritualibus modo animæ sibi sit ratio reddenda.

Vt autem maiori hæc in re claritate procedatur, satis esse homini non debet, errata & defectus suos in genere dicere, sed ad particularia ei est descendendum: Hoc namque modo clarum sui dat notitiam, at non alio illo. Quod etiam imprimis vtile est, quo ad confessionem sacramentalem, documentum & monitum: etiam minimè sufficere tibi debet, generalibus quibusdam in terminis vti, dicendo, V. G. à malis quibusdam cogitationibus me sum passus abripi; sed quotusque te abriperint, dicas oportet.

Defectus etiam in particulari aperiendi sunt.

Et licet defectus in his admissio culpam venialem non transcendat, & veniales culpæ necessaria confessionis materia non sint; nihilominus, dato eas nos confiteri (vt sane confiteri par est) non sunt ex generalibus quibusdam terminis exponendæ; vt rota, qui culpam mixtè inobscurant, & dero-

gant; sed ad particularietates veniendum est, quæ culpæ grauitatem magis significant: Neque enim culpam is pro vt oportet, declarat, qui dicit: Protuli verba, quæ alios mortificare possent; verba impatientiæ; denique verba quibus aliorum honorem læsi, tum verba fuere huiusmodi, vt culpa maior apparituræ esset, si ea planè, pro vt dicta sunt, dicerentur, quàm generali hac locutione vtendo. Si quis item sua inobedientia peculiari quodam modo malo alio exemplo fuerit, satis ei esse non debet, dicere, Dico meam culpam quod inobedientia deliquerim; sed res illa, & modus, in quo deliquit, ei in specie est exponendus: nam hic culpam eius amplius & euidentius declarat, aliumque de ea confessarium formare conceptum facit: sic & in conscientiz ratione reddenda generalibus non est terminis, & inuolutis circuituionibus vtendum, sed syncere, purè candide, perspicuè procedendum, nullus vt angelus in excussus, nulla ruga & plica non applicata maneat, iuxta id, quod Apostolus Paulus ait, de Ecclesia loquens: *Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquod huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata.* In rugis quippe latere solent fordes, & illuuiæ. Vnde nulla in animo nostro esse debet ruga, nulla duplicitas, sed omnia plana, leuia & aperta.

In manifestacione conscientie omnia in particulari aperienda. Ephes. 5. 27.

B. P. Noster tam claram, limpidam, Cap. 4. ex- & integram conscientiz dari rationem am. 9. 35. ab vnoquoque vult, cum primum Religionem nomèn dat, vt non solum malos Ad sui manifestationem pertinet, & vitia, & peccata, in quæ modò magis propendit, aperiat, Vetus & iam in quas orationes veterum pronior fuit, & quæ illum alias dixerat aperire, uera.



uexarunt, & oppugnarunt vitia: Nam, sicuti ingens medico ad curandum subsidium est, cum æger illi non infirmitatem solum, à qua in præsentiarum affligatur, verum & illas, quibus est alias confictatus, patefacit; ut hinc ipse colligat, num inde talis morbus originem trahat, & taliter morbo præsentem remedium præscribat, ut infirmitates, quæ antè fuere non reuiuiscant; ita si claram, & integram animæ tuæ noticiam spirituali medico dare velis, non habitus mali, & pronitates, quas iam in resentis, duntaxat declarandæ tibi sunt, sed & præteritæ: Propterea confessionem generalem facere volenti consulere solemus, ut eam apud illum confessarium instituat, apud quem deinceps ordinariè confiteri cogitat, quo hic animam confessuri hoc pacto magis exploratam habeat, itaq; illum melius iuuare queat. Etenim sæpe fit, ut tentationes, & sinistri motus, quos in præsens quis sentit, partim antiquarum infirmitatum vestigia sint, & reliquæ, partim malæ vitæ ante ductæ poena & castigatio. Vnde, eodem modo quam potest maximè super actiones, & verba sua aduigilet, valdeq; restrictus & circumspectus ambulet, sæpe tamen patietur inuitus, quod pati nollit, idq; in libertatis & prauæ consuetudinis superioris poenam & castigationem. Quocirca non est quod propterea aut miretur, aut percellatur; at potius patientem se ostendat, & humiliter, detq; operam, ut non solum è præsentibus, verum etiam præteritis, dolorem & confusionem sui excitet: ita fiet, ut nihil hæc illi sint nocitura.

*Distincta sunt, confessio generalis, & manifestatio conscientia.*

Notandum postremò hic, ipsam conscientia declarationem, & generalem confessionem distinctum quid in societate esse, ut è diversis quibus utrumq; præcipitur, Regulis videre est; & quia utriusq; finis, & materia diuersa est: Quamuis quoq; certum sit, hanc conscientia declarationem vel in confessi-

one, vel extra eam fieri posse, prout declaranti magis expedire videbitur, seu pro maiori eius consolatione: ita quippe expressè Constitutiones id significant. Verum aduertenda, quo ad hoc, res est, quam R. P. Generalis Claudius Aquauina, in Instructione, qua visitatores instruit, aduertendam censuit; quæ quoniam tam grauis & tanti momenti est, visum mihi est formalia & ipsissima eius verba adscribere. Postquam ergo ostendisset, quod sit inter conscientia declarationem & ipsam confessionem discrimen, dixissetq; posse quem, si velit, rationem conscientia suæ inter confitendum reddere, addit: Quare ut non sunt cogendi nostri ad rationem conscientia reddendam extra confessionem, cum constitutio id liberum relinquat, pro cuiusq; consolatione; ita laudandi, qui semotis his, quæ ad confessionem propriè spectant (quæ in confessione manifestari poterunt) extra confessionem eam reddunt, totosq; se ipsos patefaciunt, quo liberius, & absq; vllò respectu, superiores ad illorum directionem, & vtiliorem gubernationem, ea noticia ad maius Dei obsequium uti possint: Ad id ut melius, & consultius sit, ipsam conscientia rationem extra confessionem reddere; quod qui facit, næ ille superiori fidei, perinde ac, qui preciosum ali- quod monile amico ab eo asseruandum, patenter in manus consignat, magis ei fidei quam si arca sigillatæ inclusa non id ei traderet.

#### CAPVT XI.

*In quo nonnullis respondetur dubiis, quæ ex antedictis resulant.*

EX iis quæ dicta sunt quædam oriuntur dubia, quæ alicui forsân aliquando occurrerint. Primam est, diximus

hinc

Cap. 4. Ex. am. 4. 36. & 33. & 6. par. Con. sit. 2. 1. 2. Reg. 40. Summaris

Idem habetur in instructione resultantibus executionibus ex congregatione generalis, instructi. c. 2. num. 2.

Extra confessionem conscientiam aperire est melius.

Ex fessio gra me re tat cog